8425

Actum in Curia Regia Bransensi feria Quinta ante Festum Sanctorum Petri et Pauli apostolorum Anno Domini millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Xono

Inter Krasowski e Koboska

Emissio

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneus Bransensibus comparentes personaliter Nobilis Paulus olim Bartholomei Zebel Krasowski nomine Laboriosi Simonis Cerwien subditi sui a quo de rato et grato in forma iuris plenissima cavet ab una et Nobilis Christophorus olim Alberti Koboska nomine nobilis Catherinae filiae suae infantis partibus ex alia sani mente et corpore existens palam recognoverunt Quia ipsi videlicet Paulus Krasowski praefatum Christophorum Koboska de vulneribus per ipsum praefato subdito suo illatis et processu eo nomine obtento ipse vero Koboska praefatum subditum de distrusione praefatae filiae suae infantis ac vulneribus circa inopinatam destructionem illatis adhunc non inscriptis ob initam concordiam et satisfactionem quietant emittunt et liberos faciunt perpetuo hac sua personali recognitione mediante.

Falkowski

Quietatio

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneus Bransensibus personaliter comparens nobilis Albertus olim Nicolai Brzozowski de Brzozowo Danki heres sanus mente et corpore existens palam publice verbis per expressis recognovit Quia sibi Nobilis Stanislaus olim Nicodemi Falkowski summam viginti florenorum polonicalium debiti Coram actis hisce pro die hodierna inscripti eandem summam ex integro persolvit ideo ipsum quietat emittit et liberum facit Inscriptionem eiusmodi cum toto effectu cassat perpetuo.

Bankowski

Quietatio

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneus Bransensibus personaliter comparens nobilis Nicolaus olim Adami Spak Bankowski sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia sibi nobilis Zacharias olim Nestoris Bankowski summam quadringentorum florenorum monetae et numeri polonicalis debiti certi pro die hodierna

Coram